

67. *Faceſſant ergò profana & blaſphema voces Beza & Calvini, qui γυναικωβατισμὸν, ceu crassam & putidam ſacri miniſterij profanationem, haud pluris quàm fabulam faciendum eſſe, blaſphemo ore calumniantur.*

68. *Rectius Hieronymus, ſi cogat neceſſitas, baptizare licere etiam laicis deſinivit: Et Epiſcopus Alexandria, Iudæum à laicis in deſerto Arabia, ſub Marco Aurelio Antonino baptisatum, Baptisatum tamen eſſe pronunciauit. Hier. aduerſ. Luciferianos. Niceph. l. 3. c. 37.*

QUAESTIO III.

Quinàm ſint baptizandi.

69. *Ad hanc quaſtionem Confefſores noſtri categoricè & ſimpliciter ſine ulla adhibita conditione reſpondent: Docent (Eccleſiae noſtrae) quod pueri, ſive infantès ſint baptizandi.*

80. *Neque verò Puerorum baptiſmum aſtruentes, adultis eum conferendum eſſe, ſi ita opus ſit, negare videri debent: diſpari tamen & diuerſo utrobique baptizandi ritu obſervato: de quo mox dicendum.*

81. *Sunt igitur in Eccleſia. duo quaſi greges, vel ordines eorum qui baptizantur: Puerorum ſive infantũ recens in lucem editorũ unus: Adul-*
torum

torum